



Universitätsbibliothek Paderborn

**Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium
Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias
Vincentii Caraffa, Societatis Iesu Praepositi Generali,
Tomvs ...**

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Iter ad coelum in quatuor partitum Semitas seu partes, & Fasciculum
Myrrhæ

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

2. Consideratio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49363](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-49363)

terminatur, populo exultante profumtione Mysterii, & Mysterii, & Sacerdote per orationem gratias offerente. *S. Matth. 26.* ut & Christus, celebrat à cœnâ cum discipulis, bynum dixit. Et hæc est vltima pars & finis Missæ.

Post Missam.

CONSIDERATIO I.

IN gratiarum actione post Missam immedietè rogabis Christum D N intrare præsentem, vt tanquam sacrificium cedat in gloriam Dei, totiusque Mundi salutem, frequenter replicando tria hæc verba: Gratia, Domine, Sanctitas & Gloria, modo supra dicto; & tanquam sacramentum cedat in utilitatem tuam, eliciendo actos Fidei, Spei, & Charitatis in Christum, & sanctissimam ejus Matrem, dicendo: Credo, Spero, Amo te, Iesu dulcissime: Credo, Spero Amo te, Maria dulcissima. Unde & preceberis sanctissimam Virginem, ut tibi efficaciter applicet pretiosum sui Diuini Filii Sanguinem. Recipido etiam memoria effusiones Sanguinis Christi, preceberis eundem, ut septem virtutes eis correspontentes tibi clargiatur. Simulque vota tua renouabis.

CONSIDERATIO II.

Statio seu domicilium, in quo die isto tibi commorandum est, erit altare, ubi manè celebrasti: Altaria tua, Domine, virtutum, Rex meus, & Deus meus. Unde præcipue te occupabis in sacrificando & communicando, nimirum, spirituali modo, in cooperando effectibus Sacrificii & Sacramenti, in præstanto opere, rām spirituali, quam temporalem proximo tuo. Quare frequenter dices: Immolo Deo sacrificium laudis, pro nobis & totius Mundi salute, in odorem suavitatis, Amen. Panem cœlestem accipiam, & nomen Domini invocabo. Divinorum Diuinissimum cooperari Diuinissimo Sacramento in salutem animarum. Et præterea lapè reperies verba ista: Gratia, Domine, Sanctitas, & Gloria oratio, ac imaginando tibi, ac si stares ante altare modo supra dicto.

CON-